



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 5. Præsentatio non cadit in Ecclesijs Collegiatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

96 Pars II.Lib.V.Cap.V.

literis stabitur , donec con-  
trarium probetur . cap. post  
cessionem. de probat. Potest  
24etiam t̄ pater pr̄sentare pro  
filio patrono , frater pro fra-  
tre, coniunctus pro coniūcto,  
amicus , maxima amicitia  
astrictus pro amico patrono ;  
sed cum promissione de rato.

ad I. sed & hæ. ff. de procur.  
Quæ præsentatio cū promis-  
sione de rato valet , & censem-  
tur ratificata, quando patro-  
nus infra tempus datum ad  
præsentandum non præsentet.  
latè Lambertinus artic. 17.  
vbi supra .

C A P V T Q V I N T V M.

Præsentatio non cadit in Ecclesijs Collegiatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Patronus non potest præ-  
sentare ad ecclesiām collegia-  
tam.
- 2 Secus si habeat priuilegium  
à Papa.
- 3 Decet tamen patronum  
consentire electioni.
- 4 Patroni præsentant ad om-  
nia beneficia existentia in  
collegiata.
- 5 Patronus non potest præ-  
sentare in Monasterijs regu-  
larium.
- 6 Abbatissa eligitur per scru-  
tinium .
- 7 Concil. Tridentin. sess. 25.  
de regul. & monial. cap. 15.  
& 17. ponit qualitates puer-  
larum in Monasterijs reci-  
piendarum .

6. & 7. seruatur in electione  
Abbatissæ .
- 8 Abbatissæ officium expirat  
triennio .
- 9 Praxis Pisarum in electio-  
ne Abbatissæ .
- 10 Abbatissa est benedicenda.
- 11 Monasterium si fundatum  
sit cum pacto , quod monia-  
les nominentur à fundatore,  
pactum seruandum est .
- 12 Concil. Tridentin. sess. 25.  
de regul. & monial. cap. 15.  
& 17. ponit qualitates puer-  
larum in Monasterijs reci-  
piendarum .
- 13 Sereniss. Christina Lotha-  
ringia Magna Ducissa He-  
truria Monasterij fundatrix .
- 14 Pa-

14 Patronus potest praesentare clericum pro auxilio rectoris.

15 Ius patronatus si cadit, cadit & præsentatio.

1 **P**atronus ergo, vel alius existens in quasi possessione presentandi presentant in ecclesijs, & locis, in quibus habent illud ius. toto titulo de iurepatron. sed non possunt presentare, seu eligere in ecclesia collegiata. Rectorem. cap. nobis. §. cæterum. & ibi glos. de iurepatron. vbi habetur, quod ecclesia collegiata est eadem cum conuentuali, & eadem est ecclesia, quæ habet Capitulum, Conuentum, Collegium, & Vniuersitatem, vt per Doct. in cap. cum

2 terra. de elect. nisi & ex priuilegio Papæ patronus possit id facere. Farinac. parte 2. tomo 1. decis. 4. vt per Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quæst. 5. art. 1. & in dicto §. ceterū. habetur, quod quamvis patronus non eligat Rectorem in Collegia-

3 ta, electioni & tamen factæ eius consensu postulatur de honestate; nisi aliter de

*Praxis Iurijpatron.*

necessitate ex priuilegio, vel alio iure dictus consensu requiratur, vt per Lambertin. vbi supra. artic. 2. Abb. in cap. de hoc. de Simonia. numero 10. possunt tamen patroni presentare ad dignitates, & præbendas, & beneficia existentia in dicta ecclesia collegiata. Ioan. Andr. in cap. vlt. in princip. de concess. præbend. Abb. in cap. suggestum. de iurepatron. numero 3. Et ideo cum dictum sit de ecclesia collegiata, ea-

dem ratione & patronus non potest presentare in Monasterijs Regularium, neque in Monasterijs Monialium, Abbatissam, seu Priorissam: poterit tamen presentare Capellatum idoneum perpetuum ad regimen Ecclesiæ, Monasterij; ita Federic. de Senis consil. 95. Abbatissa

6 autem & eligitur per scrutinium, seruata forma cap. quia propter. de elect. & cap. indemnitatis. §. sane. de elect. lib. 6. hodie autem

7 seruatur & Concil. Tridentin. sess. 25. de regularibus, & monialibus. cap. 6. & cap. 7. quo disponitur, vt Abbatissæ, Priorissæ, seu Præfectæ

G Mo-

Monialium elegantur ab Episcopo , seu illarum superiore , qui ante cancellorum, fenestellam vota singularum audiat, seu accipiat, quæ vota debent esse secreta, alias non valeret electio tanquam facta contra formam dicti Concilij ; vnu tamen receptum est, ut Prelatus vna cum suo Vicario , & Cancellario assistat dictę electioni, & ea-  
rum officium non ultra trienniū durare potest; nec possunt confirmari, sed per triennium debent abstinere à tali administratione, secundum cōstit. Greg. Decimiertij fel. rec. Romae publicatam die 4. Ianuarij 1583. incip. Expofcit debitum: & infra, quam refert Quaranta in Summario Bullarij , verbo Abbatissæ: & ita ego dum Vicarius Monialium † essem Pisanae Dicecessis Illustrissimi , & Reuerendissimi D. D. Sallustij Taurusij de Monte Politiano Archiepiscopi Pisani fel. record. & mox Illustrissimi , & Reuerendissimi D.D. Francisci Boncianij, Archiepiscopi Pisani, in praxi seruauit ad vnguem dictum Concil. Trident. & quamuis in quodam

Monasterio prætenderetur à patrono ius in electione Abbatissæ ; tamen nunquam fuit receptum dictum ius , neque admissus patronus ; sed elec-  
tio fuit facta secundum dictum Concil. Tridentin. quæ Abbatissæ per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum, seu eius Vicarium benedictocuntur : & si † postea iterum elegantur denuo non benedicuntur : & ita seruatur Pisis de consuetudine inueterata , de qua re, scilicet de benedictione Abbatissæ triennalis, tractat Nauarr. conf. lib. 3. tit. de statu Monach. conf. 2.

11 Crederem † tamen, quod si Monasterium Monialium esset fundatum, & in limine fundationis esset patrono reseruata facultas eligendi, seu nominandi Moniales , quod tale ius esset seruandum, dummodo in Moniales nominarentur puellæ habentes qualitates requisitas à Con-  
cil. † Trident. vbi supra. cap. 15. & 17. vt est Pisis , vbi à Serenissima Christina Lotha-  
ringia † Magna Ducissa He-  
truriæ fundatum est Monas-  
terium mulierum Conuer-  
titarum, quæ aluntur sumptibus

bus dictę Serenissimę , cuius pietas , liberalitas , charitas , & religio in omnibus rebus splendescunt , & mulieres ad voluntatem dictę Serenissimę admittuntur in dictum Monasterium. Poterit tamen etiam patronus presentare clericum pro auxilio Rectoris , quando talis clericus esset instituendus . ad can. principali. distinct. 63. si autem non sit instituendus; sed

ad libitum remouendus, potest Rector solus sibi talem deputare. argum. cap. vt quisquis clericus. de vita , & honeste cleric. & ita videtur velle Ioan. Andr. in cap. postulaisti. de iurepatron. Et regulariter tamen in omnibus locis; in quibus supra dictum est cadere iuspatronatus , cadit & presentatio , vt in Hospitali , Oratorio , & similibus .

## CAPVT SEXTVM.

Præsentatio non habet locum , nisi vacet beneficium Patronatum .

## SUMMARIUM.

- 1 Præsentatio fit quando ecclesia vacat.
- 2 Ecclesia propriè vacat per mortem rectoris .
- 3 Et per renunciationem .
- 4 Præsentatus secundus institui debet renunciante primo præsentato .
- 5 Præsentatio secunda fieri nequit non cassata prima præsentatione .

- 6 Patronorum consensus requiritur in beneficiorum permutatione .
- 7 Ecclesia vacat si rector sit ea priuatus .
- 8 Beneficium si de iure vacet, patronus potest præsentare.
- 9 Etiam si de facto & iniuste rector esset priuatus .
- 10 Lite pendente si moriatur unus ex præsentatis , vel cedat , non potest aliis præsentiari .

G 2 II Idem

